



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Argumentum Mercori, ex opinione probabili primorum parentum, circa
præceptum sibi impositum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)



PARS PRIMA

De Argumentis noviter adinventis:

Argumentum Mercori, ex Opinione Probabili primorum parentum circa præceptum sibi impositum.

Ostenditur primos Parentes nulla protectos probabilitate peccasse.

ART. I. **R** P. Julius Mercorus in sua *Basi*, p. 2. art. 18. §. Et primò propono, arguit sic: Primi parentes habuerunt opinionem probabilem, quod præceptum sibi impositum de non comedendo ex ligno vitæ non obligaret ipsos in conscientia saltem graviter: Ergò opinio probabilis non exculat à peccato, vel etiam lethali. Patet consequentia, cum sit certum ex fide primos parentes peccasse lethali ter transgressione ejus præcepti. Probat Antecedens primò, quia probabile est ex Valentia, Navarro, Lessio, & aliis nullam legem penalem obligare in conscientia. Præceptum autem primis parentibus impositum habuit formam legis penalis, ut patet ex *Genes. 2. In quacunque die comederis ex eo, morte morieris.* Probat secundò, quia probabile est, quod nonnulli docent, Deum non posse præcipere aliquid leve sub culpa gravi. Erat autem aliquid valde leve edere unum pomum. Probat denique specialiter de Eva, quia probabile est, quod docet Carena cum aliis, legem penalem, & præcipi, quæ exorbitat à jure communi, non debere extendi ad personas in ea non nominatas. Talis autem fuit lex imposita Adamo, ut patet ex forma præcepti, *Genes. 2. Et præcepit ei dicens, ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientia boni & mali ne comedas.* Ergò Eva, ante ejus creationem illud præceptum intimatum fuit, potuit probabiliter existimare ipsam non fuisse comprehensam in ea lege. Eo vel maxime, quia Augustinus in eum locum dicit sic: Non credens (Eva) posse inde se mori arbitror, quod putaverit, Deum alicujus significationis causa dixisse, si manducaveritis, moriemini. Et paulò inferius: Maxima libertate habenas prohibitionis rumpere delectata, probabilis existimans non esse mortem, quam timebant, sequentem. Habuit igitur saltem Eva opinionem probabilem adversus obligationem legis.

ART. II. **R** Espondeo, nego antecedens. Quod nimirum est in primo articulo, ac manifestè contrarium doctrinæ D. Thomæ docentis ex professo, quod de veritate, quæ est de cognitione primi hominis, art. 6. in Adam ante peccatum nec fuisse, nec se potuisse ullam opinionem seu probabilitatem, inprobabilem. Et corpus articuli claudat hæc verba: Ex quo patet, quod non solum in eo nulla opinio fuisse, sed penitus nulla opinio in eo fuisse, quidquid cognovisset, secundum certitudinem cognosceret: Si scilicet in statu innocentia, in quo conditus fuit, perseverasset. Atque in responsione ad q. 11. additante seductionem Evæ, & deceptionem Adam, atque ad eò, juxta præmissa, ante omnem utriusque opinionem, ac fallibilem cognitionem præcessisse in utroque peccaminolam mentis rebellionem, id est, conversionem ad se, cum aversione à Deo. Idem docet i. part. quæst. 94. art. 4.

ART. III. Rursus eidem antecedenti respondit sæpè Augustinus, ut apparet clare ex sequentibus, lib. 1. *retroact. cap. 15.* paulò post præmissa definitione voluntatis, & voluntatis à nolente, & sic ad illos, ait, *respondit intentio, qui in paradiso fecerunt originem mali, cogente peccando, id est, libera voluntate.* Quia & parentes (non igitur opinantes) contra præceptum transgesserunt, lib. 11. de *Gen. ad litt. cap. 30.* Idem primò transgesserit serpens, & respondit hæc mulier, ut prædictio esset inexcusabilis, neque ullo modo duci posset, quod præceperat Deus, oblitam fuisse mulierem, quamquam & oblitio præcepti maxime animi, & non necessarij ad maximam culpam, damnavit negligentia pertineret. Verumtamen evidenter ejus transgressio est, cum memoria retinetur, & tamquam in deo assistens, præsensque contemnitur: lib. 14. de *cap. 11. versus finem*: Ille autem (Adam) cum deo minus reus, sed sciens, prudensque peccavit. Et paulò post: Hos autem seductos intelligi voluit, qui id, quod faciunt, non putant esse peccatum, & non fecerunt. Rursus in eodem libro cap. 14. initio: *Id est, peior, damnavitque superbia, qua etiam in primis manifestis suffragium excusationis inquirunt, hoc in primis homines, quorum & illa dixit & arguitur utriusque excusationibus subdit: sed peccatum potius, quam excusatio vera est, ubi manifestè dicitur, quod peccatum est.*
